



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento
Selectæ**

Pexenfelder, Michael

[S.l.], 1711

LXXIX. Iosaphat[us], Iudæ rex pietatis cultor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

boami operâ, Roboami stultitiâ, à regno Iudæ dis-
 tractum, per annos ducentos, quinquaginta quin-
 que, perpetuò suis cum regibus, idolis servijisset,
 & severas, multiplicésque Prophetarum minas,
 obstinata mentis inductione rejecisset; lento qui-
 dem, sed tremendo cœlestis Vindictæ processu,

NARRATIO LXXIX.
 IOSAPHATUS IUDÆ
 REX, PIETATIS
 CULTOR,

3. Reg. 22. 2. Paral. 17. 18. 19. 20.
 Ab AnnoMundi 3121. Ante Christ. 932. ad annum
 Mundi 3145. ante Christ. 908.

Religiosus Principis Zelus & pietas felicitatum
 omnium est cornu copiæ, hinc opes, gloria,
 potentia, veneratio à Barbaris etiam gentibus.
 Asæ regnum ac felicitatem *Iosaphatus* excepit
 filius, abnepos Salomonis. Hic inter paucos
 batus ac dilectus Numini, conceptam à teneris
 tatem non regni modò principiò præ se tulit,
 eam toto vitæ decursu mirificè amplificavit.
 princeps ingentis animi, & curæ sagacissimæ,
 vidit omnia, quæ imperium antecessorum attrive-
 rant, eaque magna vi, aut vicit, aut amovit.
 tractavit animo ambitiosas Salomonis divitias,
 prædam congestas barbarorum; quòd in cogendis
 avidior fuisset, quàm in servando prudentior.
 que non est imitatus avium, speciosissimas,

Judae di-
 ma qu-
 servisset,
 a minas,
 ento qu-
 ocessu.
 X.
 DAE
 IS

mas spoliantium aviditati nutriunt: roborare se
 debuit, quam ostentare. Statim adjecit animum
 ad constituendas urbes munitissimas, quo scilicet
 ne erumpentem hostem aut frangeret, aut lassa-
 re. Collocavit in locis opportunis praesidia, quae
 imperij tutelam vigilarent. Recensuit militiam,
 ex tota gente elegit quinque Duces probatissi-
 mos, quibus suas copias assignavit, ut parati essent
 ad subita, & virtutem aemulatione accenderent.

Et quia sciebat, Salomonis & Roboami cruen-
 da vectigalia, & acerbam vim exactorum, pluri-
 mum nocuisse, non quaesivit artes parandae pecu-
 niae subdolas, non armorum terrore expressit licita
 atque illicita; sed statim se boni publici, quam stu-
 diosissimum professus, omnes in id contulit curas,
 ut sub eo populus non modò commodè, sed laxè
 viveret; magna interim molitus ad civium utilita-
 tem & omnibus obvia; Ex quo tanta subditorum
 benevolentia est consecuta, ut ultro undique offer-
 rentur tributa & munera. Ditabant ejus aerarium
 vectigales Philisthinorum & Arabum reguli, ita ut
 in fisco *divitiae infinitae* teste sacrâ historia 2. Paral.
 17. *multa cum gloria insuerent.*

Par opibus, armorum potentia, militumque co-
 pia. Praeter enim valida, quas passim urbibus reg-
 ni munitioribus imposuerat, praesidia; praetoriana
 in Ierosolymis castra primus omnium Regum antece-
 dentium instituit: & in castris praesto semper cum
 suis quasque signis ac ducibus, legiones ac copias;
 ac planè legitimos, & justos exercitus. Sub *Edna*
 namque, copiarum ductore, principèque, millia
 trecenta: sub *Joanne* supra octoginta millia, ducen-

ta prætera millia stipendia faciebant. Sub *Amia*
Zechris filio, *Nazaræo*, millia ducenta robustissi-
 morum virum. Sub *Eliada*, sagittariorum, & cli-
 peis armatorum, millia totidem. Sub *Iozabab*
 denique, militum acerrimorum centum & octo-
 ginta millia. Summa militis prætoriani, mille
 mille, centum & sexaginta millia; *Iosaphato* sen-
 per expedita manus. Tantum potuit prudentia
 humanitas religiosissimi Principis; quarum altera
 effecit, ut subsidia pacis, bellique nunquam des-
 sent; altera *Israëlitarum* magnam multitudinem
 ad pristini regni, religionisque amorem reduxit.
 Itaque armis, opibus & autoritate firmatus, re-
 novationem regni à fundamentis aggressus est. Quia
 quia *DEI* populum absque lege *DEI* stare non po-
 se credidit, reliquias abominandæ superstitionis in-
 victâ constantiâ profligavit; cumque animadver-
 teret, omnia inde scelera & flagitia suboriri, quæ
 fons verbi divini exaruisset, primus omnium *Re-*
 gum, suscepit dignam *Evangelio* curam: destina-
 vit Principes, Sacerdotes, Levitas, qui omnes ur-
 bes & pagos indefesso labore lustrarent, & popu-
 lum vel ingenio suo, vel administrantium socordia
 rudem erudirent. Tanta inde Regis venerandi-
 tanta populo addita est fiducia, ut qui antea dejecti-
 tum hostibus formidolosi existerent. Cui negotium
 suam ipse quoque interponens majestatem & opo-
 ram, *Judæ*, *Benjaminique* regionem omnem denique
 lustravit, Deique veri sinceram colendi rationem
 & ut *Prophetes* docuit, & ut *Rex* præcepit, imitandi
 tempestatibus etiam *Christianis* documentò,

Ad

Addidit religioni comitem justitiam ; namque
 præ cæteris , qui eum præcesserant , Regibus , ac-
 curatissima sedulitate judices cõstituit, qui in singulis
 urbibus à se munitis ita darent jura , ut meminif-
 sent, de ijs in supremo omnium Tribunali rationem
 reddere. Forum præcipuum Ierosolymis constitu-
 it, caussasque solertissimè distinxit, ut, quæ DEI
 essent, Pontifici relinqueret : quæ Regis ; regijs
 quoque judicibus committeret.

Tam validum istis artibus constituit regnum, ut
 civibus reverentiam sui , terrorem hostibus maxi-
 mum pareret. Israëlitæ, qui ceteros turbare Re-
 ges Judæ consueverant , sub Iosaphato quievêre ,
 vel timore potentiaë , vel nominis famâ. Sed *Moab-
 itæ & Ammonitæ* acerrimè de Judæ regno delendo
 cogitârunt , prævalido exercitu jam in fines Heb-
 reorum irrumpente, & *Engaddæum* tractum insiden-
 te. Rex cœlestibus semper armis intentus, solen-
 ne jejunium indicit, & longa oratione suis militibus
 spem & fiduciam inspirat. Inde secuta strages ho-
 stium , prodigio similis, ut non tam ad bellandum,
 quàm ad spolia diripienda , profectus ex urbe Iosa-
 phatus videretur. Mirum namque dictu! ne gla-
 diò quidem ullò strictò ; nec pilò , spiculòve missò,
 nec pedè collato , manûve confertâ , victor *stando*
 magis ac *spectando* , quàm *dimicando* fuit. Furias
 quippe hostibus, & alternum cædium impetum, im-
 mitente Numine : barbari, pro Iudæis hostibus, I-
 dumæos, auxiliares suos ; post, seipsos, mutuis en-
 sibus, ad internecionem usque confecerunt. Eo-
 dem itaque vestigio temporis , & Iosaphatus cum
 suis , in *Valle* [quæ *Benedictionis* postea nomen ab

eventu tulit] omnium concordi studio , divinas concinebat laudes : & barbarorum cadentium sese cadentiumque , mistus ibat in coelum gemitus , atque clamor. In Tartarum verò pereuntium animarum immensa ruebat strages , universà cadaveribus hostium constratâ terrâ ; cum interim ex Hebraeis , nec unus quidem , exercitus regij numerum imminuisset. Spoliorum autem hostilium ac praeda , multitudo tanta fuit , & opulentia ; quanta vel avaritiæ , cui nihil satis est , sufficere potuisset ; suffecissent tot millium manus ; quæ triduo solidi colligendis castrorum divitijs occupatæ , nec factamen exhaurire prædam potuerunt.

In hunc modum Iosaphati quàm religiosum , tantum & potens , opulentumque regnum fuit : futurum itidem , & reliquis omnibus suis numeris absolutum nisi pretiosæ vestis instar , pulvere sordidata , maculam ex *Achabi* , Samaritarum impij Regis affinitate , [*Iorana* quippe filio , Athaliam Achabi sceleratam filiam in uxorem , infaustis auspicijs , dedit , & cum ea idololatriam in judaicum regnum invenit] fœderèque contraxisset. Posteris principibus ea contages , disciplinæ documentoque fuit , Regem bonum , alienam malitiam , conjunctione facere suam. Nimirum ingens animi tormentum est amicitia , quæ sæpe domat , antea indomitos , & blandè flectit in deterius , etiam qui constantes pietate videbantur. Erat Iosaphato comis vita , & convictus facilis. Odisse poterat vitia , vitiosos à se undique arcere non poterat : subrepsit in ejus familiaritatem Achabus per delicias , & amena vitæ , à quo magnificè exceptus , amorem hauit impru-

lentem & cæcum , ut non consideraret funestam
 dijs divinis , & detestabilem Achabi domum , per
 omnia libidine Iezabelis furia agitatum & turba-
 tum. Ex eo malorum ilias in Iosaphati domum flu-
 it, & feris nepotibus lentæ pestes. Nam etsi nec
 Dijs confictis , nec eorum simulacris supplicem se
 prostraverit, maculâ tamen aspersus est jam tum ,
 cum *Afa* patre conciliante, nuptijs se illigavit filia
 sacrilegi Regis *Amri*: quæ Soror Achabi fuit, Regum
 omnium Israëlitarum execrandissimi ; deinde pes-
 simum Achabi sanguinem, uti memoravimus, per
 matrimonium suo immiscuit. Hoc illi objecit ani-
 mosus Propheta *Iehu*, filius Hanani, 2. Paral. 19.
*Impro præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, ami-
 citiâ jungeris. Et idcirco iram quidem DEI merebaris: sed
 bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra
 Iuda.* Non minùs altera fœderis societas cum *Ocho-
 zia*, Israëlitico Rege impijssimo initi, exprobran-
 tis & indignantis DEI voces provocavit, quarum
 interpretes *Eliezer* Vates; *Quia fœdus habuisti cum Ochozia:
 percussit Dominus opera tua; contritæq; sunt naves* 2. Paral.
 2. Adeò displicet DEO piorum cum armis impijs
 armorum conjunctio. Iosaphatus certè bello,
 prælioque Syriaco minimò minùs abfuit; quin
 DEO charus ipse, pro devoto diris Achabo truci-
 daretur: & postea classis aurifera, quam junctis re-
 mis & impensis, Iosaphatus & Ochozias, in *Tapro-
 banam* ac *Súmatram* [Sacra Scriptura *Ophir* & *Tharsis* ap-
 pellat] Salomonis institutò, missuri fuerant, neque
 lucrum tenuit, neque cursum: *Asiongábere* statim,
 hoc est, in ipso sinùs, Arabici portu, naufragiò con-
 vulsa. quia boni Principis bona mens, mali Prin-
 cipis

cipis animæ malæ , spe quæstûs illigata ; claudam
fecit & fortunam , & expectationem lucri caducam
Sed Iosaphati tamen si non classis , at certè Salu
anno regni 25. vitæ 60. tandem enatavit : Octo
ziâ per omnia , quod suprâ indicavimus , demer
Ut appareat , suas sceleribus esse pœnas , & pro
virtutibus.

NARRATIO LXXX.
ACHABI ISRAELITARUM REGIS, ET JEZABELIS UXORIS IMPIETAS AC
SUPPLICIUM. INNOCENTIS NABOTH
LAPIDATIO.

3. Reg. 16. 18 20. 21. 22. 2. Paral. 18. 19
Ab anno Mundi 3117. Ch. 936. ad ann. M.
3151, ante Ch. 902.

Virtus opposito vitio clarior elucet. Cum
Iosaphati pietate impietas Achabi certamen
scépisse videtur ; ita contrarijs nitebantur
studijs ; Altero castam Religionem omnibus viribus
propugnare : altero evertere contendente. Sec
lerum impultrix ei fuit Iezabel, Etbbaalis Sidoniorum
regis filia , mulier tam impia, quàm crudelis. He
jus instinctu Achabus ipsò regni exordiò , Samaria , in
urbe regia ad detestabilem vitulorum cultum , adjecti
nefandos Baalis seu Beli lucos, aras, Sacra, tantâ infu
niâ , brevî ut quadraginta supra octingentos Baalis
faci